

452.

Die Grafen Dietrich und Otto von Brehna bestätigen dem Kloster Dobrilugk die Schenkung des Dorfes Staupitz durch Thedold von Nideke und seine Brüder, wie diese es von ihnen zu Lehen gehabt und nach geschehener Auflassung dem Kloster für die Seele ihrer Mutter und ihrer Vor-  
5 fahren mit demselben Titel und Rechte, als sie es besessen hatten, überlassen haben. 1231.

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Ernestin. Archiv. Reg. Oo pag. 702 No. 11. Das etwas beschüligte S., an rothen Seidenfäden, = Taf. X. 2. Phot. H. St. A.

Anm.: Urk. von Empfängerhand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 17.

Theodericus et Otto dei gratia comites de Bren omnibus in perpetuum. Cum ea  
10 postulantur, que et a rationis ordine non | discrepant et apud deum premia meritorum  
accumulant, benigno sunt favore suscipienda et celeri semper effectui | mancipanda.  
Quocirca tam presentium quam futurorum constare volumus universitati, quod Thedoldus  
de Nideke | et fratres sui Otto, videlicet Bodo et Sifridus, villam Stupozke sedecim  
mansos habentem<sup>a)</sup> cum omnibus suis pertinentiis, quam iure feudali a nobis habuerant,  
15 nobis resignatam pro animabus matris ac progenitorum suorum titulo et iure, quo ipsi  
possederant, monasterio Doberluensi contulerunt. Nos quoque proprietatem diete ville,  
que ad nos spectabat, ob favorem et dilectionem sancte religionis fratribus prefati cenobii  
eterne retributionis intuitu tam libenter quam liberaliter conferentes mediante petitione  
venerabilis abbatis Bertoldi donationem rationabiliter a supra memoratis fratribus factam  
20 ratam et inconvulsam tenore presentium habemus ac sigilli nostri appensione perpetuo  
confirmamus. Testes huius rei sunt: Hermannus burchgravius de Within. Gewehardus  
de Zwrbeke. Olricus et Iohannes de Pach. Otto et Olricus de Ozstrowe. Fridehelmus  
de Rogax. Olricus et Heinricus Slegil. Hartmannus de Rode. Thimo de Iaxowe.  
Hermannus advocatus. Acta sunt hec anno gratie m. cc. xxi.

25

(S.)

453.

Landgraf Konrad ertheilt dem Kloster Breitenau das Recht seine zu Ellenberg und Wollrode  
belegenen Güter benutzen zu dürfen, begiebt sich der vogteilichen Gerechtsame hierüber, mit Aus-  
nahme der Kriminalfülle gegen eine von dem Abte jährlich zu leistende Abgabe von 10 Solidi,  
30 erläßt jedoch solche auf die ersten 5 Jahre. 1231.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das zerbrochene S., an rothen Seidenfäden, = Taf. XIII. 2<sup>ab</sup>. Phot. H. St. A.  
Gedr.: Schminke, Mon. Hass. 3,252.

Cunradus dei gratia lantgravius Thuringie tam presentibus quam posteris uni-  
versis in eo, qui salus omnium est, salutem. Ne ea, que temporaliter acta | sunt, instabilem  
35 temporis naturam sequencia simul labantur cum tempore elabente, necessarium est ea

452. a) übergeschrieben.